



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Dubium VII. Quid sit acedia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42521

hæc communiter peccata ex parte incipientis³³
rixam; alter enim potest se defendere, cum mo-³³
deramine inculpatæ tutis. ³³

DUBIUM VII.

Quid sit Acedia.

Resp. Acedia, sive animi tædium, potest ex D.³³
Thom. 2. 2. q. 35. a. 2. dupliciter usupari, ³³
1. Generaliter, pro omni animi remissione in³³
exercitio virtutum, eò quòd labor aliquis sit ad-³³
iunctus. 2. Particulariter, pro tristitia & tædio³³
de divina amicitia, eò quòd per virtutum exer-³³
citia laboriosa servari debeat, & sic amicitiam³³
illam non curet. Unde resolvuntur: ³³

I. Acedia accepta primo modo, tum demum³³
est peccatum mortale, cum ideo committitur³³
opus vitium sub mortali. ³³

II. Acedia accepta secundo modo, ex se est³³
mortale, quia repugnat charitati Dei. ³³

Ex quo de filiabus Acediæ quòque facile ju-³³
dicari potest; quæ sunt sequentes: ³³

I. Malitia, quâ quia odio habet bona spiritua³³
lia, & vellet ea non esse; aut quâ ipsum peccat³³
benefecisse, vel implevisse id, quod tenebatur;³³
aut quâ contemnit Dei beneficium, v. g. deside-³³
rando non fuisse natum, aut agnovisse Chri-³³
stum &c. Est autem ex genere suo mortale. ³³

II. Pusillanimitas, & desperatio de salute,³³
quæ mortale quòque est. ³³

III. Rancor, quo ii sunt fastidio, qui ad spiri-³³
tualia inducunt. ³³

T 5

IV.

» IV. Torpor, cum bona fiunt non cum debito
» fervore.

» V. Evagatio mentis, quæ quis in exercitio spi-
» ritualium evagatur circa illicita; sive per cogi-
» tationem, & dicitur curiositas; sive per locu-
» tionem, & dicitur verboritas; sive per inquietu-
» dinem, & dicitur inquietudo; quæ commu-
» niter sunt venialia. V. D. Thom. q. 35. Lay. l. 1.
» c. 3. c. 9. Tol. l. 8. c. 70.

» Culpabilis autem evagatio mortalis erit,
» quando notabilis est; & attentio requiritur ad
» implendum præceptum obligans sub mortali;
» v. g. in recitandis Horis canonicis, celebranda,
» vel audienda Missa, Regim. Palaus t. 6. d. 1. p. 3.
» Trull. l. 1. c. 6. d. 1. contra Tambur. de exped. sa-
» cris. lib. 2. c. 3. ubi docet, distractum esse volu-
» tariè, & per notabile tempus inter sacrifican-
» dum extra Canonem, esse tantum veniale; li-
» cèt concedat, sub Canone, præsertim circa con-
» secrationem, esse mortale, propter gravem ir-
» reverentiam & periculum erroris.

» Dixi, ad implendum præceptum: nam in ora-
» tione vel non præcepta, vel sub obligatione
» tantum veniali, est peccatum veniale tantum. S.
» Tho Nav. Less. l. 2. c. 37. d. 11. Imò nullum, si
» non tam intendat orare, quam verba precum
» recitando, pio exercitio se occupare, quia non
» formaliter, sed materialiter tantum orat; v. g.
» cum quis manibus laborans, psalmos, aliasve
» preces recitat aut cantat, non animo orandi,
» sed cavendi cogitationes vanas, vel recreandi
» se. Sanch. conf. p. 2. l. 7. c. 2. d. 31. Trull. c. 7. d.
» 10. V. suprà l. 4. c. 2. d. 2.